



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 6. Ne in superficie moreris historiæ Passonis mortisque Christi, sed illam considera vt Evangelium, at que on illa reperies magnalia virtutis Dei, quæ tuum excitabunt intellectum, sanctosque in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

plumis quietis elauos, pro cibo fel, pro potu acetum, & pro reparatio mortem, Ecce nunc quid in hac sit Passione medianum, in quo voluntas pascatur, & illuminetur intellectus.

§. 6. Ne in superficie moreris historiae Passions, mortis, & Christi, sed illam considera vt Euangelium, atque in illa reperies magnalia virtutis Dei, qua tuum excitabunt intellectum, sanctoque in voluntate elicient affectum.

¶ 14. Vt ad magis singularia traanda paramus Passiones Christi in tria, dico bifariam hanc posse considerari, vel per modum historiae, vel vt Euangelium. Si spectes historiam, mors est reuolucnda vt innocens, absque culpa, qui tradatur, flagellatur & crucifigatur ab inimicis suis malitia & pultione puerissimam. Si consideres vt Euangelium perpendenda accurrunt praecelara bona quae illa complectitur vt ante diximus: est enim Passio Christi thesaurus, ex quo prodire possunt mortales valde perfecti, in virtute promoti meritissime diuissimi: & hoc proprie est Euangelium. Virtus enim Dei est omni credenti Vt Euangelium hanc praedicauit Apostolus, dum ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, scientiam non huius seculi. Sapientia dei lauit in hac morte, quia reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: quia in ea confederat omnem dei cum hominibus concludit. Et sic. Eo modo Christus illam considerat, quando ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum plenum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum adfert. Hanc Passionem & mortem expendit tot refertam bonis, licet in sua terribilitate absconditis, quando ita clanculum & secreto eius rationem Apostolis suis explicauit: totque complectitur sacramenta, vt ea sapientia clarissimi nequarum penetrare, ex ea D. Paulus hanc cepit effari sapientiam: Inter perfectos.

I. Passio quomodo consideratur vt historia. Velut historia consideratur, quod sub imperio Tiberij Caesaris Christus Iesu vixit: vir innocens, summo optimus, iustissimus, Deus & homo, qui contra iuris ordinem iniuste fuit accusatus & condemnatus: propter suum populo ad mortem crudelem, immortem passionem & acerbissima tormenta

& eo modo perpensa magnam Domini hic prouocat compassiorem: etenim nunquam aliquis tantopere luit, fuitque vt ipse dicitur castigatus. Excedit hanc passio multum omnium passionum: quia in ipso sensu omnes fuerunt viuaciores: quia pars superior sensus partemque inferiorem non saluauit, nec accurret diuinitas ad potissimum iudicium: iniquas sensus acerbe nimis perferant. Cuius illius tenerissima erat: in omnibus bonis suis patiebatur, honore, corpore, & vita, ac in toto suo corpore saluissime excepit fuit omni genere calumniarum, vt etiam blasphemias illi anteponebat, tantoque melius Christo ceuferent, vt vitam illius iudicarent feruata dignam, Christi vero postulare non minati: multum pia mouet hanc consideratio. Dixit olim D. Chrysostomus, quod qui tantummodo patientem intuentur ad compassionem motus ingemiscat: quanto magis qui pater est deus, pius amicus adeo fidelis qualis Christus, tantoque patitur iustus cruciatus, mouere debet ad compassionem lacrymas ipsum atheniensem tot oppressum poenarum aduersitatibus quantum odium, quantaque execratione contra eius interfectores vixque interemptores. Porro si huic pie consideratio primam annectamus, excitatur ex illa odium & abominatio peccati cuius gratia motus talem sustulit passionem, Deo subiectio, a nob bonitas & gratiarum actionem tantorum beneficiorum congrua immensitatis: si consideremus Passionem hanc, vt Euangelium, dicendo quid hoc sit, optime pandentur quos in anima producit effectus. Euangelium igitur nomen est suauis & dulce, verum quidem est quod aliquoties Euangelizate idem quod predicare. Dominus dicit verbum Euangelizantibus sic loquitur de praedicatoribus Euangelij, atque quod Deus illis verbis loqueretur, vt Euangelium praediceat. Et in eodem sensu sumpsit hoc verbum Apostolus: Non Euangelizauero, vix mihi, imo aliquando pro predicare falsis & deceptoris: Si quis vobis Euangelizauerit praeter id quod accepistis, & dicit: Si quis falsis vobis aliquid annuntiauerit, illi contrarium quod a veris Euangelistis audistis: & iterum paulo superius dixerat: Cuius transferimus in aliud Euangelium. Nihilominus proprie loquendo, & secundum vim verbi, Euangelium significat tantum nomen.



Ad evangelizandum pauperibus in fit  
 nec, vt mediter contritis corde, & predicarem  
 capressi indulgentiam. Beata noua annuntia-  
 re de tot faultis qualia peceperunt homines  
 ex aduentu filij Dei in mundum, amplam mi-  
 strabat eius predicacioni materiam: & An-  
 gelus qui leta nuntiat. Christi pauperibus  
 predicabat, eodem sensu est loquendi termino  
 Evangelio vobis gaudium magnum, quod erit  
 vobis populo; quia natus est vobis hodie saluator.  
 Preterea iudeo de prima Christi dicitur Euā-  
 gelium. Evangelium in regno Dei. Læta & optata  
 uenia, qua in illa hominibus annuntiat  
 de regno Dei: & D. Paulus illud agnominat  
 Evangelium pacis: nec ulla fuit lætiora noua,  
 quam pacis et qui illam et optat. Vnde absolu-  
 te quiddam Evangelium scripserunt vocatur  
 Evangelium, & ipsi Evangelistæ: quia hic  
 optata mundo nuntia referantur. Natus est vo-  
 bis hodie saluator. Et quæcumque in illis scripta  
 sunt verba sunt vita. Verba quæ locutus sum  
 vobis, spiritus et vita sunt: quia in ipsis via ad  
 celum aperitur qui crediderit & baptizatus  
 fuerit, saluus erit. Hoc igitur est aliquid acci-  
 pere vt Evangelium, illud quasi festiuium nut-  
 tum acceptare.  
 Considerare Passionem, quasi historiam,  
 quod Christus mortuus sit, non est bonum  
 tantum, sed dolorosum: quia crucifixerunt  
 illum qui vivere merebatur, attamen considera-  
 do quod in hac morte vita mea constitat,  
 hoc felix est nuntium, & hoc considerandum  
 est: quæcuncta si Passio Christi hoc modo vt  
 Historia perpendatur, non est bona illa con-  
 sideratio, nisi progrediamur ulterius eamque  
 vt Evangelium meditemur, donec a malis  
 istis insulsi que nonis ad bona faultaque noua  
 erassemus, donec in Christi damnis nostram  
 contemplantur vilitatem, & tandem donec  
 de Christo transfum faciamus ad nos ipsos,  
 et paulo superius dictum est. Hoc mulieribus  
 illis intueat quas vidit mortem suam deplora-  
 re: Natus flare super me, sed super vos ipsas  
 flare. Ne sitatis in hoc Super me it est super  
 vilitate mea: etenim hoc nequaquam sufficit:  
 multa namque historia est, sed super te. Præ-  
 claræ perpende vitæ bonaque immensa,  
 quæ tibi ex hac morte profuxerunt. Hoc erit  
 Evangelium. Sicut dum moritur summus  
 sacerdos, extorris amicus illius, hæc noua  
 percipiens vt historiam, dolore torquebatur

& pœna: quoniam & odio & execratione fla-  
 grabat in Lomiciam: cæterum attendens in  
 hac eius morte suum solui exitum, & posse  
 non se in patriam remeare, restitui in ciuium  
 amicitiam, & conaturalium gratia recon-  
 ciliari, nuntium hoc erat illi faultissimum. Et  
 hoc vates prædixit Zacharias, *Flangens eum*  
*quasi vnguentum.* Etenim quando maiorem  
 & vnguentus a teuis familiæ interficitur  
 cognati sui benefactor & amicus integerrimus  
 quem summo amore protequebatur: istia sunt  
 hæc illi nuntia, dum illi mors significatur vt  
 Historia, verumtamen secundum quod per  
 illam mortem succedit heres in familiam, vt  
 possessionem inuadat, & facultatum nanciscatur  
 dominium: iucunda sunt hæc illi nuntia:  
 etenim in hac morte tota eius latebat specula-  
 da felicitas.  
 Hinc oritur prodigium illud dimerforum  
 affectuum qui ex consideratione mortis Christi  
 nascuntur. Quod odio magis repugnat quam  
 amor, & dolori quam lætitiæ; nihilominus ex  
 odio pœnam, quas Christo insigunt, &  
 eorum qui illas insigunt, amor nascitur eius  
 qui illas recipit. Atque ex istis doloribus per-  
 pensis vt Evangelium, promanat lætitiæ. O rem  
 admirandam! An ex patretali tales nascuntur,  
 sibi sibi contrarij? Vtique, Et hoc D. Augusti-  
 nussu. *De peccato doleat, & de dolore gaudet.*  
 Hoc igitur modo si Passionem Domini me-  
 dieris ex illa amoris oriuntur affectus. O  
 quanta flamma succenditur? si postquam  
 singillatim Christi pœnas attendetis, ad me-  
 moriam reuocetis, te has omnes pro peccatis  
 tuis meritum fuisse, atque vt ab illis te liberum  
 abtolueret, has eum omnes in se suscepisse,  
 Materiam charitatem, tellatur Christus, *nemo*  
*habet, qui me vt animam suam ponat quis pro amico*  
*suo.* O Domine, quod te pro inimico tuo  
 mortali tantis exponas ferendis cruciatibus,  
 doloribus, & tormentis: tantis blasphemis,  
 opprobriis, & calumniis, tali morti, tali cruci,  
 deinde in te suscipias omnes illos cruciatibus  
 pœnasque non tolerandas quas inimici tui  
 perpeti debuisse! Hoc apud Isaiam lego:  
*Langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse*  
*portauit, cuius linoe sanauit sumus.* Nec aliud  
 intel igitur Rex David dum ait. *In me transfertur*  
*ira tua. & terrores tui conturbauerunt me.* Simili-  
 ter quod in persona Christi tibi decantat.  
*Quæ non capui tuæ exultationem.* His addo  
 Ecc l Pau

IV.  
 Simili-  
 tudine.  
 Zac. 2.  
 10.  
 Amor &  
 odium  
 gaudium  
 & trilli-  
 tia.  
 D. Aug.  
 1. 3. de pe.  
 Isa. 53. 4.  
 1. 87. 17.  
 1. Co. 5. 21.



Paulum. *Qui non nouerat peccatum pro nobis*  
*peccatum fecit.* q. d. pomas in se suscepit Domi-  
 nus ille nostris debitas flagitius, qui nunquam  
 nonerat, quid esset in scripto peccatum.  
 Rom. 4. 5. Insuper declarans rationem ex qua saluator  
 tantos subiecit cruciatibus. idem Apostolus  
 exprimit nostra fuisse peccata. *Traditus est*  
*propter delicta nostra.* Et ille fuit, qui per hoc  
 quod fecit & passus est deleuit omnia peccata  
 mundi. *Agnus Dei qui tollis peccata mundi:*  
 Ioan. 1. 19. dixit D. Ioan. quod si scire desideremus ex  
 quo natum sit hoc principio quod Pater ater  
 nus illum nobis tradiderit, vt haec omnia  
 pro salute nostra pateretur, ipse nobis declarat  
 Dominus, nimirum summum amorem quo  
 Ioan. 3. 16. Deus hominibus afficiebatur. *Sic Deus dilexit*  
*mundum, vt filium suum unigenitum daret.* Qui  
 igitur fieri potest, vt cor hominis ardenti non  
 flagret amoris igne quantolibet frigore con-  
 stringatur, si confiteret diuini amoris astituta,  
 in Passione Domini nostri vt in Euangelio?  
 Erat Dominus hic agnus innocensissimus,  
 tantumque perulitico quod talis esse voluerit  
 in corpore, quales nos esse deberemus in  
 anima. O amor ardentissime cum enim ego  
 ligari deberem, sputis fardari contempui  
 haberi, iri ideri, maledici, plagis vulnerari,  
 atque in anima occidi: vt me ligatum absolueret,  
 immondum expiaret, sordidum lauaret,  
 maledictum benediceret, inultum sanaret,  
 animamque mortuam viuificaret, ipse recipit  
 in corpore suo catenas, quibus ligatur, sputa  
 quibus foedatur, maledictiones quibus irri-  
 detur, vulnera quibus vulneratur, & mortem  
 qua ex hoc mundo percussus abscedit. Ego  
 ille eram qui superbia tumidus me Regem  
 creabam, qui decipiebam, qui Deo negabam  
 tributa qui male dicebam, qui male faciebam:  
 ipse vero hoc in se suscepit passusque est se  
 castigari, quasi defectus illos omnes ipse com-  
 misisset, ipse reus esset omnium, & cum nihil  
 horum probare potuissent, quae calumniatores  
 obiciebant inimici cruciatibus tamen omnes  
 vt diximus, reus iudicé conuictus. Quod  
 si ergo nihil horum probatum est, q. ar. de-  
 lecta mea sanctus ipse in se suscepit, poenasque  
 omnes illas quarum ego debitor eram, tole-  
 rant & ipse reus sentire decessit? Vt agnos-  
 ceas o Christiane, omnia haec vulnera plagasque  
 Christo iudicatas, tuas esse, atque haec cogni-  
 tione instructus ad illum te conuertas tra-  
 cistum & dicas, Domine mi, haec vulnera  
 mea sunt, ad me Domine illa reuertantur, vt  
 ipse ex patiar. Illae spinae animam meam tran-  
 fodiant, illi clari cor meum, illa verbera ma-  
 viscera. Conuerte Domine vultum illam: et  
 nim mihi nata est mihique propria & cum  
 hoc mihi non concedatur, saltem o Domine te  
 diligam vt par est à me te dilig. An non  
 intelligis qualiter Passio Domini vt Euange-  
 lium considerata suscitaret amorem in animo  
 illius, qui in his agnoscat cruciatibus, quam  
 merito pro peccatis suis sibi deberetur?  
 Nec solum amorem prouocat, sed & gaudi-  
 dium & animi iocunditatem tot in illa per-  
 pendens commoda, bona ac beneficia, quae  
 nobis ex illa promanauerunt. Haec Passio pro  
 nobis satisfecit, nos Deo reconciliavit, à  
 peccato liberauit, à damnatione vindicauit, infer-  
 num spoliavit, limbum depulsa est, calum-  
 niam aperuit, terramque purificauit. *Vbi mors & vita*  
*duello conflixerunt mirando.* Arcus est quo nos  
 liberat, & nos ipsos eripimus ab ira aeternae  
 diluuii. Stipes in quo erectus fuit serpens.  
 Altare in quo pacis fuit oblata victima, Cur-  
 rus in quo de morte triumphauit. Pondus  
 quo Deus sibi fatetur esse satisfactum, pro  
 omnibus quae ob peccata nostra debebamus  
 Clavis est Dauid quae thesauros aperit caelestis  
 Cathedra Salomonis in qua secreta pro-  
 nuntur caelestia. Turris in qua omni genia ser-  
 uantur arma quibus nos defendamus a sterili-  
 quoslibet inimicos, Candelabrum est illumina-  
 nans mundum. Sceptum quod mundum  
 subtrauit. Virga Moysi, quae culpatum multa-  
 rum serpentes deuorauit. Adelle immondum,  
 quod si peccata vestra fuerint vt coccinios, hae  
 sanguine mundabuntur. *Quasi lana mouet,*  
 Venite fatigati: nam Ego respiciam vos, huius  
 meis doloribus. Infirmi propeate vt curam  
 ni: hac etenim infirmitate omnem salutem  
 obtinebitis. Hoc est praedicare Passionem vt  
 Euangelium: dispone te ad audiendum, & non  
 intellectum tantum praepares, quantum ipsam  
 voluntatem: etenim ad huius doctrinae recep-  
 tionem: ille qui melius fuerit dispositus etiam  
 plura percipiet. Antequam accedatis passio-  
 nem, inter vos ipsos de illa  
 conferte, priusquam sedetis illam raminate.  
 Per ieiunium se Daniel ad haec capienda  
 stria praeparauit, & Anna Prophetissa ad  
 Chri-

VI.  
Affectus  
amoris,



Christum contemdam: primitivi Christiani  
 scribit Philo ludæus Alexandrie pizante  
 bant orationem. Eleganter dixit D. Basil. quod  
 fuit in charta conscripta, scribi non potest  
 aliud nisi quod prius scriptum erat, eradatur:  
 in prædicator in tuo corde nihil de rebus  
 scribis dimitis, nisi prius ea quæ mundi sunt  
 delece dederis. Si hoc vestrum his diebus  
 de ratione negotium: & antequam vltimus  
 in ea progrediamur, præparate corda vestra,  
 cogitando Deum, ut ipse in cordibus vestris  
 operetur eo modo, ut vobis tribuat suos senti-  
 re cunctatus, & quantum debeatis Deo, cog-  
 noscatis: cum enim abolitus sit gloria  
 Dominus, velut quatenus nos in illam per  
 mortem suam introduceret, formam serui  
 accipere, & per hanc prima taceret Passio-  
 nis sue lachryma. Excitantur sancti sum formam  
 serui accipimus. Hanc ergo passionem ut Evan-  
 gelium confidete, & ea illa mirabiles elicias  
 vilitate.

1. 7. Quia Dei virtus manifestatura erat me-  
 ritum adeo sublime in opere nostræ Re-  
 demptionis, formam accipiendo serui,  
 passus est, qui eius passioni suæ daretur  
 principium, cum Iudas vendere, sicut  
 fratres Iosephum venderunt pretio  
 viliori.

Insuper radios emittere sol iustitiæ Chri-  
 sti retrogrediendo, formam serui acci-  
 pendo. Hanc assumpsit quando in virgine  
 ipsi oculis puriori Maria humanam assu-  
 mpti naturam, nunc vero particulariter, quando  
 venditus fuit, patentiùs suam declaravit  
 obedientiam: quia se vt seruum exposuit: In  
 seruum commendatus est Ioseph. Non vocat  
 Iosephum Iosephum, donec dicat de illo,  
 quod venditus fuit. Venditio illa Ioseph  
 Christi præfiguratur venditionem: unde pro-  
 preè dicitur, quod in illa potissimum formam  
 serui accepit. Difficultas oritur quantum  
 ad pretium quo distractus fuit Ioseph. D. Aug.  
 opinatur fuisse triginta argenteorum, vt figu-  
 ram figura responderet, sicut & fuit in portori,  
 quod eius venditionem promoueret frater eius  
 Iudas: porro Ioseph venditus non fuit et  
 occideretur, nec ad hoc emptus, sed in seruum.  
 Verum quidem est, quod vt tali humilitate  
 iniquitatis pedes eius. Porro Christus vendi-

tus fuit à Iuda discipulo suo, & emptus à Pha-  
 risæis, vt perderetur & interficeretur. Attende  
 delictum infigne venditur Christus, & quo  
 pretio? Et quale potest ad hoc pretium  
 sufficere? Tertullian, subannat Gentiles quia  
 vendebant & elocabant Deorum suorum sta-  
 tuas in sem constriculis compedibus & cate-  
 nis, quibus illas detinebant. Sub eadem hostia,  
 sub eadem voce pratorum diuinitus addita em-  
 ducitur.

Nam pariter per hoc veros Deos non esse  
 fatebantur: si namque tales fuissent, nullum  
 fuisset pretium illis emendis correspondens.  
 Quam grauer ita commotus est D. Petrus  
 contra Simonem Magum, quando postulauit  
 ab eo gratiam sibi vendi Spiritus S. quam  
 Apostoli ceteris tribuebant? aduersus eum  
 insurgit, & ait: Pecunia tua recum sit in peritio-  
 nem: quia existimasti donum Dei pecunia posside-  
 re. Domum Dei. O vos sacrilegos, simonistas,  
 exclamat D. Gregor, grauiorem inuisibilis  
 iniuriam Spiritui S, quam Macedoniani: nam  
 illi hunc creaturam effecerunt, sed nobilissi-  
 mam Deoque proximam: illi verò vilem adeo  
 reputant eum, & vix vilis pretij, vt eum  
 vendi posse arbitrantur.

Christum h. c. attende, vt pote donum Dei,  
 Hoc titulo se ipsum inferibit, locus Samaritanæ,  
 deique diuina sua persona sic prote-  
 statur. Si scires donum Dei, quod quis est, qui dicit  
 sibi: vultis da michi bibere: donum Dei. O Iudam  
 prodicorem: contumeliam atque de quâ illum  
 proferendis, & vos Pharisei maledicti, qui  
 crederis, quod Dominus hic Pecunia possideri  
 possit. An tam vilis est, vt vel vlla pecunia possit  
 ei quod ipse est, & iuuuere? O non toleran-  
 dam animi peruersitatem! Deinde sciamus  
 quo pretio adeo magno prætenlesini posse  
 illum estimari? Appenderunt mercedem meam  
 triginta argenteis: dederunt pretium, quo appretiaui  
 sum ab eis. Certè honorabile de me mundus  
 iudicium tulit, in statéra appenderunt me  
 contra triginta argenteos, hoc est Appenderunt,  
 & fuit qui illos grauius appendere indicaret.  
 O pondus peruersum! Statéra dolosa in manibus  
 eius. In malo falloque pondere modo appen-  
 deris o Domine: veram breui aliam habebis  
 veram & iustam, nempe Crucem, in qua diu-  
 num tuum meritum saloquæ appenderunt:  
 nam ideo in cruce exaltabit: Statéra  
 facta corporis. Pretium pondusque summarium,  
 hic

I.  
 Iosephi  
 Christi  
 vendi-  
 tionis  
 disceri-  
 men.  
 Ter.  
 In Apo-  
 log.  
 II.  
 Christi  
 pretio  
 inuisi-  
 bilis.  
 Act. 8.  
 20.  
 Ioan. 4.  
 10.  
 11.  
 12.  
 13.  
 14.  
 15.  
 16.  
 17.  
 18.  
 19.  
 20.  
 21.  
 22.  
 23.  
 24.  
 25.  
 26.  
 27.  
 28.  
 29.  
 30.  
 31.  
 32.  
 33.  
 34.  
 35.  
 36.  
 37.  
 38.  
 39.  
 40.  
 41.  
 42.  
 43.  
 44.  
 45.  
 46.  
 47.  
 48.  
 49.  
 50.  
 51.  
 52.  
 53.  
 54.  
 55.  
 56.  
 57.  
 58.  
 59.  
 60.  
 61.  
 62.  
 63.  
 64.  
 65.  
 66.  
 67.  
 68.  
 69.  
 70.  
 71.  
 72.  
 73.  
 74.  
 75.  
 76.  
 77.  
 78.  
 79.  
 80.  
 81.  
 82.  
 83.  
 84.  
 85.  
 86.  
 87.  
 88.  
 89.  
 90.  
 91.  
 92.  
 93.  
 94.  
 95.  
 96.  
 97.  
 98.  
 99.  
 100.